

IOANNES FUSTIUS MONACHVS ARGENTINENSIS.



Ioannes Fust ex oppido Creutzenach in Comitatu Spannheimensi oriūdus, ibidem ordinem fratrum Mariæ semper uirginis de monte Carmeli ingressus, summa diligentia sacris & prophanis litteris operā dedit, atq; magnā eruditionem sibi cōparauit. In eo enim Conuentu alios prelegendo erudiuit, atq; seipsum mirum in modum exercuit. Itaque postea Prior Argentinensis factus est. Erat is non tātum multis artibus eruditus, uerum etiam singulari facundia præditus. Vnde magna utilitate frequentes conciones ad populum habuit. scripsit autem sub Carolo quarto, anno 1360 Sermones de tempore, de sanctis, & de Quadragesima. Tandem officio suo cum uita functus, Argentinæ sepultus est. Trit.